



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Originvm Monasticarvm Libri IV.**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Cap. III. De Theatinorum origine.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11249**

## CAPVT III.

*De Theatinorum origine.*

**C**Lericorum Regularium, quos Theatinos vocant, ordinem instituit Ioannes Petrus Caraffa, qui postea Paulus IV. Papa est appellatus. Is & generis nobilitate, & litterarum eruditione spectatissimus, cum esset Theatinus in regno Neapolitano Episcopus, relicto Episcopatu, cum alijs tribus æque pijs ac nobilibus viris, Caietano Thianæo, Bonifacio à Colle, & Paulo consiliario, familiam regularem, ab Episcopo ceteris clariore Theatinam dictam, Condidit. De Paulo IV. & tribus eius socijs exstant Collectanea Historica, per Antonium Caraccioli, eiusdem sodalitijs clericum, an. 1612. Coloniae publicata. Theatinorum institutum anno 1524. Clemens VII. confirmauit.

## CAPVT IV.

*De Societate Iesu.*

**S**ocietas Iesu, magno vniuersæ Ecclesiæ bono, per totum terrarum orbem diffusa, conditorem post Deum agnoscit  
Bea-